



Universitätsbibliothek Paderborn

Thesavrvs Sacrорvm Ritvvm, Sev Commentaria In Rvbricas Missalis, Et Breviarii Romani.

In quibus origo cuiusque Ritus, causae historicae, vel mysticae, ex
maiorum ingenio, Theoria, Praxis, obligatio, & exquisitus vsus, additis
opportune Decretis omnibus S. Rituum Congreg. quàm breuissimè
explicantur.

Gavanti, Bartolommeo

Venetiis, 1647

De Festis SS. mense Augusto. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9521

& 2. die nulla erit amplius Homilia ; tu
lege, quæ in 4. 5. 7. & 8. die habentur. In
editione Octauatij Antuerpiensi, Vene-
ta, & Neapolitana, inoffenso decurtes
pede.

30. Abdon, & Sennen. in Sacra-
mentario Gregoriano. Simplex in M.S. &
1550. officium Missæ in Antiphon. San-
cti Gregor.

De Festis Sanctorum Mense Augusto.
Cap. X.

Quidam hoc mense celebrati de
Sanctis, testatur Concil. Turon. 2.
cap. 18.

1. Petri ad Vincula. ab Alexandro Pa-
pa, ex Durand. lib. 7. cap. 19. institutum
est : vel à Sylvestro, Anno 315. ex Polid.
Virgil. lib. 6. c. 8. quod reprobavit Baron.
in *Martyrolog.* In Sacramentario Greg.
Gemma meminit lib. 3. cap. 164. &c de ge-
nerali consuetudine tradit Radulph. pro-
pos. 17. circa Ann. 438. ex Sigeberto. se-
midupl. apud Durand. lib. 7. cap. 1. duplex
apud Radulphum loco citato, & in Bre-
uiar. 1550. Oratio est Gregoriana in Sa-
cramentario, & forte etiam totum offici-
um; quod in multis concordat cum Fe-
sto Iunij. officium Missæ aliquid tamen est
ab Antiphonario sancti Gregorij; & itē
Oratio secreta alia est in Sacramen-
tario. Pamelius numerat inter officia non
Gregoriana, post eum scilicet addita.
Schultingius Sixto III. tribuit, qui ad Eu-
doxiæ preces Festum decrevit. Pius V.
addidit Lectiones proprias 2. Nocturni.
Clem. VIII. Hymniam S. Augustini val-
de propriam, & declaravit esse duplex
maius.

Machabœorum extant Orationes Na-
zianzeni, Ambros. Chrysostomi, Augu-
stini, Leonis in eorum Festo, & Maximi.
habetur Festum in Appendice Gregoria-
na, & in Codice Pameliano Sacra-
mentarij Gregor. simplex in M.S. & 1550.
Nomina eorum sunt; Salomona Mater,
Machabæus primogenitus, Abet, Ma-
chit, Iudas, Achas, Arath, & Iacob ultimus,
ex Iosepho in Commentar. ad Po-

lybium. cur Machabæi sint appellati, Xy-
stus lib. 1. Bibliothecc. Sanct. docet, in ve-
xillis eorum scribi solitum M.C.B.I. quæ
Hebraicè sonat: quis similis tui in fortis
bus Domine?

2. Stephani Papæ. in Sacramentario
Gregoriano. simplex in M.S. Missæ offi-
cium non aliud ab Antiphonario Gre-
goriano.

3. Inventionis S. Stephani in calce pre-
dicti Sacramentarij. Anconæ erat Festū
solemne, ubi lapis est sancti Stephani, ex
Beda; cui Festo facta est deinde accessio,
titulus Inventionis; quæ tamen non acci-
dit hac die: neque vero hac die obiit Ste-
phanus, ut aliqui putant, contra quos fu-
sius Baronius in *Martyrolog.* semidupl.
in M. S. & 1550. Lectiones 1. & 2. No-
cturni mutatæ sunt à Pio V. auctoreum fa-
cit officij S. Stephanum Leodiensem Ant.
Demochares lib. 4. cap. 14. contra Misoli-
turgos, sed omnia sumuntur de Festo De-
cembris, cuius officium ab Alcuino di-
citur compositum, ex Cornelio Schultin-
gio, qui hodierni officij facit auctoreum
Bonifacium I. sub quo Luciani Histeria
de hac inventione scripta est; seu Pela-
gium I quo tempore off. a sancti Stephani
Roman fuere translata. Sed ego puto,
esse Gregorianū; Orationes tamē in Mis-
sa huius Festi alię sunt in Sacramentario.

4. Dominici. à Gregorio I X. Anno
1234. sed Festum fieri iussit in die sequē-
ti, quo relatus est inter Sanctos. & in
Missali Vaticano habetur vol. 4743. Pau-
lus IV. hac ipsa die 4. celebrati iussit, ob
Festum B. Virg. sequens, licet obierit ille
die sexta huius mensis. semidupl. erat in
M. S. Breuiar. & 1550. Duplex à Paulo
I V. excepta Oratione, mutauit
totum officium antiquum à Constanti-
no Episcopo Virbeuet. compositum, iusu
Ioan. Teutonicici Generalis 4. In Hymno,
Iste confessor, mutatur tertius versus.

5. De dedicatio sanctæ Mariæ ad Nives,
seu Basilicæ Liberij, seu Xystianæ à Xysto
Tertio, seu Majoris dictæ, seu apud Præ-
sepe, quod ibidem asseruatur. Vide eau-
fas apud Baron. in not. *Martyrolog.* Dē-
ea in Missali Vaticano vol. 4743. Rō-
mae

mæ tantum celebrabatur, ait Radulph. *proposit. 22.* Duplex in Breuiar. M. S. & 1550. nihil Durand. Pius V. mutauit Orationem, aliqua Responsoria, & Lectiones primi, & secundi Nocturni. Clem. VIII. declarauit esse duplex maius vna cum sequenti.

6. Transfigurationis Domini Nostri. hodie reuelata fuit ab Apostolis, testibus eiusdem, ait Beleth. *cap. 144.* extant sermones de hoc mysterio SS. Leonis, Cyballi Alexandr. Ephrem; Basiliij Seleuciae, & Andreae Cretensis. Habetur Festum in Martyrolog. Vuandelberti, qui floruit Anno 850. in Missali Vatic. *volum. 4770.* Manuel meminit tit. *de Ferijs.* Duplex in Breuiar. 1550. Auctor Festi, & officii apud omnes fuit Callistus III. Ann. 1456. ex Platina, & Nauclero gener. *49. volum.* 2. sed vere non fuit Festi, quod notat Baron. in 2. *Notat. Martyrolog.* ex Vuandelberto Pius V. mutauit Hymnos ad Vesperas, & Laudes, & Lectiones primi, & secundi Nocturni.

Xysti, Felicissimi, &c. Comes Hieron. meminit Xysti, & est II. Sancti August. expressè de hoc Festo testatur tract. 27. in Ioan. Sacramentari. Greg. diuīsim omnium, & eiusdem Antiphonarium, cum nouem Lectionibus in M.S. & 1550. simplex à Pio V. Orationes Missæ leguntur in Sacram. Gregor.

7. Donati. in Appendice Gregor. simplex in M.S. & 1550.

8. Cyriaci, Largi, &c. Primus habetur in Sacramentari. Gregorian. cuius Missæ officium idem, quod in Antiphonari. & Sacramentari. sancti Gregorij: additis deinde sociis, de quibus in Appendix Gregoriana simplex in M.S. & 1550. sed midup. à Pio V. cum officio proprio.

Hac autem die translata fuerunt eorum corpora, qui obiere die 16 Martii, vt dicitur in Martyrologio Romano.

9. Vigilia sancti Laurentii. in Comite Hieron. & Sacrament. Gregor. ex pristina consuetudine vigilandi ad corpus tati Martytis, vt Acta testantur ex Baron. Aliæ cause prædicationis, vel martyrii allata à Duran. *lib. 7. cap. 23.* minus pro-

bantur. officium à Pio V. sed Missæ idem, quod in Antiphon. & Sacrament. Gregoriano.

Romani. in Appendix Gregorian. simplex in M.S. & 1550.

10. Sancti Laurentii. in Actis S. Matronæ apud Metaphrastem fit mentio Festi, in Comite item Hieron. in Sacramentari. Gregoriano habentur Orationes Missæ, excepta ultima; quam tamen habet Pamelianus Codex SS. Augustinus, Leo, & alii antiquissimi Patres sermones habue-re de Festo tradit Radulph. *proposit. 17.* ortum habere, ex Apostolica auctoritate, hoc est, à Sede Apostolica. Duplex maius, ex Durand. *lib. 7. cap. 1.* & Radulph., loco citato, officium est Gregorianum, ex Schultingio; & Missæ offic. habetur in Antiphon. Gregor. Pius V. mutauit Lectiones primi, & secundi Nocturni. In Antiphonis tertia & quarta ad Laudes: *Caro mea igne cremata est: & non sum astutus;* nulla est contrarietas ex S. Aug. in fine lectionis sextæ, secundæ diei infra Octauam sancti Laurentii.

11. Tiburtii. in Antiphonari. & Sacramentario Gregor. Susannæ. Romæ tantum, Radulph. *propos. 22.* utriusq; Festum habetur in Appendix Greg. simplex in M.S. & 1550.

12. Claræ. ab Alexand. IV. 1255. & in Missali Vatic. *volum. 4743.* in Breu. M.S. erat solemne, quia Breuiaria, vt dixi, Nicolai III. iussu Franciscana erant. simplex à Pio V.

13. Hippolyti. in Sacramentari. Greg. apud Romanos Festum celeberrimum sive suo tempore testatur Prudentius in Hymno. mentio est in Breuiar. S. Isidori, Hyppoliti, Cassiani, & simul, in Antiphonario Gregoriano, & Appendix Greg. simplex in M.S. & 1550.

14. Vigilia Assumptionis. Ordo Romanus. Sacramentarium Gregorianum; ubi habentur Orationes Missæ, paulò mutata Secreta. Beda, Nicol. Papa ad consulta Bulgarorum meminere. officium à Pio V.

Eusebij. in Antiphonario, & Sacramentario Gregoriano, excepta ultima.

Ora-

Oratione Missæ . simplex in M. S. & 1550.

15 Assumptionis B. V. Comes Hieronymi Ordo Romanus. Sacramentarium Sancti Gregorij, ubi Orationes Missæ leguntur, in cuius Appendice appellatur, Pausatio B. V. & idem legitur in Appendice Bibliorum antiquissima Vatic. vol. 5729. Dies Dominae ab Hunnis dicta fuit, ex Baron. Ann. 48. & in Martyrol. Apud Orientales verisimile est, cœptum esse Festum coli statim post Conc. Ephesinum; quo tempore Cyrus Alex. cultum Deiparæ contra Nestorium amplificauit, vt notauit Azor. par. 2. lib. 1. c. 20. quæst. 1. & deinde propagatum est sub Mauritio ex Niceph. lib. 17. cap. 28. Manuel habet in tit. de Ferijs. apud Gallos sub Carolo Magno in Concil. Moguntino cap. 36. S. Bernard. meminit Epist. 174. Duplex maius ex Durand. loco citato. officium Gregorianum, sed officium Missæ aliud est in Antiphonario Gregoriano. Lectiones Cantici Cantic. in primo Nocturno ex Ord. Roman. mutauit Pius V. Lectiones 2. Nocturni, quarum etiam titulum merito deinde mutauit, veriore auctore apposito, Clemens VIII. Lectiones autem Cantici Canticorum conueniunt mysticè B. Virginis sed & possunt dici Lectiones de Scriptura occurrente mense Augusto, in quo leguntur omnes libri sapientiales Salomonis, ex Radulph. propos. 11.

Dubitatum fuit: An officium de B. Rocco nondum Canonizato, neque à Sede Apostolica Beatificato, post Alexand. III. defuncto, Anno 1327. in Concilio Constantiensi Ann. 1414. inter Beatos habitato, recitari possit, & negotio mature discusso, Sacra Rituum Congregatio censuit, concedendam esse Missam, & officium in eius die Festo, in Ecclesijs dumtaxat, & Eremitorijs habentibus requisita Ecclesiarum in honorem eiusdem Deo dicatis, non extra dicta loca. die 4. Iulij, & clarius die 26. Novembr. 1629.

16 Hyacinthi. ab Urbano VIII. Duplex cum officio, 1. Februarij Ann. 1625. approbato, ad instantiam Filij Regis Po- D. Barth. Gauant. Tom. II.

lonia, cum esset Romæ pro Jubileo Antonii Sancti. In Martyrologij lectione pridiana primo loco ponatur: in Hymno. *Iste confessor.* mutatur tertius versus. Lectiones 1. Nocturni erunt de Script. occurrente, iuxta Rubricam, qua posita est in Breuiario. ante Dom. 3. Augusti; licet ibi fieret olim tantum metio de Oct. S. Laurentij, & de Festo Sancti Bernardi. eadem enim est ratio in his tribus Festis.

17 Octaua S. Laurentij. in Sacrament. Gregor. inter maiores Octauas numeratur à Radulph. prop. 19. semidup. ex Durand. lib. 7. cap. 1. & 1550. Duplex à Pio V. qui addidit Orationem propriam, quæ tamen habetur in Sacrament. Gregor. ad calcem Festi sancti Laurentii, in editione Romana, & ordinavit melius Lectiones totius octauæ. officium Missæ habetur in Antiphon. Gregor. Orationes autem aliae sunt in Sacrament.

18 Agapiti. in Antiphon. & Sacramentario Gregoriano à quo Secretam tam in Missa Orationem habemus; sed in Codice Pameliano sunt eadem, quæ nos. simplex in M. S. & 1550.

20 Bernard. in Missali Vaticano vol. 3808. semidup. in Breuiario 1550. Duplex à Pio V. officium putat Schulting. ab Alexand. III. qui eundem canonizauit. Pius V. mutauit Orationem, addidit Homiliam. Stephanus Hungarorum Regis. simplex cōmemoratio ab Urbano VIII. 1631. ad instantiam Ferdinandi Imperatoris in Martyrologio legatur secundo loco. Vbi celebratur cum nouem Lectionibus in Hymno. *Iste confessor,* mutatur tertius versus, vt ex lectione patet propria, nono loco legenda.

22 Octaua Aſumptionis. à Leone IV. Ann. 847. ex Sigeberto, vel An. 848. ex Iacobo Phil. Bergomensi, vel 855. ex Baronio tom. 10. qui citat Anastas. Bibliothec. Radulph. meminit propos. 19. Duplex minus apud Durand. loco citato, & in Breuiario 1550. Pius V. in tota Octaua reformauit Lectiones, & nouas adiecit.

Timothei, &c. primus habetur in Sacramentario Gregoriano. Symphorianus

I etiam

etiam in Antiphonar. Gregoriano; Hippolytus in Breuiario Vaticano vol. 4753. simplex in M. S. & 1550. Pamelius numerat inter officia Gregorio posteriora; Oratio tamen Sacramentarij est nobis etiam communis.

23 Vigilia S. Bartholomaei. de hac, & de Festo sequenti Concil. Oxoniense, & Innocent. III. *de obseruat. iejun. cap. confit. luum*: attendatur inquit, locorum consuetudo, quod ad diem attinet hodiernum, vel sequentem 23. 24. seu 25. Romæ Vigilia 24. officium à Pio V. in lectione Martyrologij hac die, & praecedenti extra Romam prænuntietur Vigilia, & Festum, iuxta morem locorum. nam Martyrologium Romanum consuetudinem sequitur Romanam.

24 Bartholomæi . Beda . Romæ 25. De eo Martyrol. & Calendar. M. S. cit. à Baronio in *Notis Martyrolog.* Item in Sacramentar. Gregoriano, ubi Secreta Missæ, & Postcommunio paulo diversæ leguntur. Collecta prima est Ambrosiana. Graci celebrant Festum bis in anno; natalem diem 11. Iunii; translationem hac die. Romani celebrant die 25. translationem ab Othono III. factam Anno 983. in Romanam insulam Licaoniam, in tumbam porphyreticam, ut scribit Otho Frisingensis lib. 6. cap. 25. Ecclesiam verò, que nunc Apostoli nomine vocatur, in honorem Sancti Adalberti ædificatam afferit Baron. in *Martyrolog.* 22. Iun Duplex à Bonifacio VIII. Pius V. mutauit omnes Lectiones est autem idem cum Nathanaele laudato à Christo; quod in calce operis huius in vtriusque laudem, qui ramen unus est, probabo fusius.

25 Ludouici Regis IX. & Francorum XIV. à Bonifacio VI. I. 1297. inter Sanctos est relatus. habetur officium in Breuiar. Vaticano volum. 4752. simplex in M. S. semidup. à Paulo V. Anno 1618. 29. Nouembr. cuius lectiones recitandæ approbatæ fuerunt 23. Februar. 1619. & rursus 23. April. 1622. Vbi celebratur die 26. mutatur in Hymno, *Iste confessor.* tertius versus.

26 Zephyrini. in Missali Vatic. 4745. semidup. ex Microl. cap. 43. Romæ tantum, Radulph. propos. 22. simplex in M. S. & 1550.

28 Augustini. in Sacram. Gregor. vbi omnes Orationes Missæ sunt eædæ, quæ apud nos. Bonifacij VIII. decreto duplex. Pius V. mutauit omnia, retenta Oratione tantum; officium autem Missæ aliud est in Antiph. Gregor. & Pamelius illud numerat inter officia posteriora. Gregorio.

Hermetis. in Antiphon. & Sacrament. Gregorian. à quo ultimam tantum habemus Orationem Missæ; primam, & secundam in Pameliano Codice, apud Antium celebris memoria, ex Actis S. Bonifacij Papæ tomo 1. Concil. simplex in M. S. & 1550.

29 Decollationis S. Ioannis in Comite S. Hieron. & in Sacramentar. Gregor. vbi omnes Missæ Orationes habentur, posteriores tamen Gregorio; excepta prima, quæ à Missali Ambrosiano accepta est. Manuel. rit. de Ferijs. hac die Caput est inuentum, ex Gemma libr. 3. cap. 165. & placet Baronio in *Martyrolog.* hoc est, secunda inuentione. nam obiit in die Annunciat. B. Virgin. ex auctore Gemme, ibidem, & imminentie Paschate, ex Baronio loco citato, qui addit, hac item, die suisle consecratam celebrem Ecclesiam Alexandriae in honorem S. Ioan. & reliquias eiusdem in ea reconditas semidupl. apud Duran. lib. 7. cap. 1. & in Breu. 1550. duplex à Pio V. qui de morte mutauit primis, & 2. Lectiones officium Missæ aliud est in Antiph. Gregoriano, posterius Gregorio, ex Pamelio, ut dictū est. optarunt aliqui hoc festum fieri Duplex maius, sicuti sunt alia minora Festa Apostolorum: sed neque dies hec martyrij illius est, neque martyrium pro fide Christi, & Euangeli; neque statim in celum iuit; neque demeretur S. August. ut amittere debeat secundas Vespertas, quas dividit cum S. Joanne. quibus eriam de causis longè maius festum est Nativitas, quam Decollationis S. Io. Aliam ade causam quia Nativitas illius toti mundo magis profuit, tanquam Praecursoris Chri-

Christi, quam Decollatio, que illi soli virtus fuit. Et multis ait Angelus, in Nativitate eius gaudobunt.

Sabinæ in Antiphon. & Sacrament. S. Gregorij, sed deinde mutata sunt omnes Orationes Missæ, quas tamen habet Pameliano Codex simplex in M.S. & 1550.

30 Felicis, & Adauerti, in eodem Sacram. cum Orationibus omnibus Missæ, simplex in M.S. & 1550. officium Missæ, vt in Antiph. Gregor.

De Festis Sanctorum Mensē Septembri.
Cap. XL.

1 AEgidij Abb. ab Urbano IV. ex Radulph. citato à Schultingio. in Missali Vatic. vol. 3808. cum nouem Lectionibus apud Radulph. propos. 22. simplex in M.S. & 1550. & à Pio V.

Duodecimi Fratrum Romæ tantum, ex Radulph. cit. in Missali Vaticano vol.

47 simplex in M.S. & 1550.

8 Nativitatis B. Virgin. Temporibus Ephesini, & Chalcedonensis Concil. diem festum hunc celebrari cœpisse existimat Azor. part. 2. lib. 1. cap. 19. q. 1. at Baron. in Not. Martyrolog. non præsumit hoc dicere, quia in Concil. Moguntino videntur illius Patres hoc ignorasse festum extant Orationes de hoc eodem festo Chrysostomi, Procli, & Ioannis Damasceni. Manuel meminit iii. citat. certum est, quod apud Latinos non ubique celebratum fuit hoc festum ante Augustinum, qui nullius hominis nativitatē celebrari afferit, nisi Christi, & Ioannis, Sermone 20. & 21. de Sanctis. quod si in Breuiario hac die dicat August. in Sermoni: tante Virginis illustrata Nativi: & in secunda die infra Octaram, tuam sanctam Nativitatem: illa verba: Nativi: Nativitatem: sunt aduentitia, mutata ab Ecclesia; pro quibus alia habet originalis textus, in Serm. 18. de Sanctis, qui est 2. de Annunciatione. Habet ut præterea festum hoc in Comite S. Hieron. in Ord. Rom. & in Sacram. Gregor. cum omnibus Orationibus Missæ. Si dephon-sus indicat hoc festum in libro de Virgi-

nit. Maria: de quo etiam sermonem habuit. Post eum Bernardus meminit, rationemque addidit, quia sancta nata est, in Sermone super Salve Regina: atque ex canto Angelorum hac die auditio statutum fuisse festum, docet Gemma lib. 3. cap. 166. tum Sergij decreto firmatum, ait Sigebertus in Chronico: sed fortasse eo die indixit ille Litanias tantum, vt ait Auctor Breuiar. Chronologici, qui & ad. dit quod in Gallia post Ludouicū Pium celebrari cœpit. Duplex maius, ex Durand. lib. 7. cap. 1. Antiphonæ, & Respon-soria à Ioanne Damasceno composita post recuperatam abscessam manum, scribit Schultingius citans Martinum Cosentinum Archiepisc. lib. 4. Chronic. in Sircio. nihil mutauit Pius V officium tamen Missæ aliud eit ab Antiphonatio Greg. Vbi est Titulus Ecclesie Nativit. B. Virg. in tertio Noct. vel de septim., & octava Lectione fiant tres. vel pro nona legatur septima dies sequentis infra Octaram; parumque refert, si die sequenti eadem repetatur.

Adriani. in Antiphon. & Sacrament. Gregoriano: mutatis deinde Orationibus & est translatio iis festi n., quando Romanum eius corpus delatum est, ex Baron. in Martyrol. obit enim die 4. Martij commemoratione in M. S. simplex in Breu. 1550.

9 Gorgonij. in Antiphon. & Sacram. Gregor cum omnibus Orationibus Missæ: non tamen in Pameliano Cod. simplex in M. S. & 1550. posterius est Gregorio, ex Pamelio.

10 Nicolai Tolentini. in Brevia. Vatic. vol. 4760. restituitur à Sixto V. 1585. cum officio. & duplice ritu sed comparatione facta cum Nicolao Mirense Episcopo, à quo hic Nicolaus prodit in lucē, Clem. VIII. semidupl. ritu festum decrevit fieri mutauitque Orationē Sitrāsferatur, mutatur versus tertius in Hymni. Iste confess.

11 Prothi, & Hyacinthi. in Antiphon. & Sacramentar. Gregor. Romæ celebre festum fuisse docet Baron. in Martyrol. simplex in M. S. & 1550. officium. Gregorianum, vbi supra. Fuere germani.

I 2 m;